

Auctores Finium regundorum.

NICOLAI RIGALTII
OBSERVATIONES
ET NOTAE,
Item
GLOSSAE AGRIMENSORIAE.




*relatio ad coll. vell. Ca
xviii. et cetera*

Baculus et aesculapius et aesculapio.

LUTETIAE,
APVD IOANNEM LIBERTVM.
via D. Ioan. Later. è regione Auditorij Regij.

CIC DIC XIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

*Nobisissime doctissimaeq. viro Laurentio Ramirez de Frade
Nicolaus Rigaltius D.D.*



L V D O V I C O REGI CHRISTIANISSIMO.

Nter principia condendac
Vrbis aeternae, cum cete-
rorum quidem Deorum
turba Ioui Capitolino ce-
deret, Terminum in fano
suo restitisse, nullaque exauguratione
sacratis sibi finibus euocari potuisse,
faustum fuit Romanae perennitatis
augurium. Accipe omen, DOMINE,
Iuris Terminalis prudentiam, hoc est
finium arte mensoria regundorum di-
sciplinam, quae non solum finalia pri-
uatorum jurgia compescit, sed etiam
coloniarum deductionibus imperij fi-
nes latius occupandos constituit, ap-
petente tui principatus initio instau-
ratam tuoque nomini consecratam.

ā ij



SICVLI FLACCI DE CONDITIONIBVS AGRORVM.

CONDITIONES Agrorum per totam Italiam diuersas esse, plerisq; ctiā remotis à professione nostra hominibus notum est: quod etiam in prouinciis frequenter inuenimus. Accidit autem ut ex similibus causis similes haberent cōditiones. Ciuitates enim, quarum conditiones aliæ sunt coloniæ dicuntur, municipia, quædam præfecturæ, habent vocabulorū differentias: quæ verò non, liceat earum diuersas esse conditiones. Regiones autem dicimus, intra quarum fines singularum coloniarum, aut municipiorum magistribus ius dicendi coērcendique est libera potestas. Ergo hæc vocabula non sine causa acciderunt. quidam enim populi pertinaciter aduersus Romanos bella gesserunt: quidam experti virtutem eorum, scruauerunt pacem: quidam, cognita fide & iustitia eorum, se eis addixerunt, & frequenter aduersus hostes eorum arma tulcrunt. leges itaque pro suo quisque merito acceperunt. neque enim erat iustum, his qui toties admisso periurio rupere

A